





*Hanaccius, littera lat. corru.*

3,176. 27  
668. —  
1758. 4

DISSERTATIO  
DE LIBERIS  
A TUTELA ET CURA  
EXCVSANTIBVS

---

QVAM  
PRAESIDE  
CHRISTIANO HANACCIO  
I. V. D. DIGESTI INFORTIATI ET NOVI PROF.  
PVBL. CVRIAEC PROVINC. SCABIN. ITEMQ. ORDINIS  
IVRIDICI ASSESSORE  
DIE NOVEMBER. MDCC LVIII  
PVBLICO SVBIICET EXAMINI  
AVCTOR  
ERNESTVS GODOFR. CHRIST. KLÜGEL  
VITENB. SAX.

VITENBERGAE  
PRELO EPHRAIM GOTTLLOB EICHSFELDI  
ACADEMIAE A TYPIS

DISSERTATIO  
DE LIBERIS  
AUTELA ET CAVA  
EXCANTIBAS

674

PRÆSIDE

CHRISTIANO HANACIO

I.U.D. DISERTATI IN LIBERIS AUTELIS  
TUM CIVICIS PROVINCIALIBUS ORBINIIS



PUBLICO SARTICIS EXAMINATA

AGENS

UNIVERSITAS GODOTR. CHRIST. RÜGGER

ALTEB. SAN

ALTEB. SAN

ALTEB. SAN

ALTEB. SAN

A  
Dis. Inv. Rom.

663 - 686

Hanacorae - Havelaar

668. - 691.

L. 27.

24  
Lund #XXVII.





## DE LIBERIS

### A TVTEL A ET CVRA EXCVSANTIBVS



Multitudo ciuium quam maxime conductus rei publicae, ut tamen sit iusta, ut ait Aristoteles. Saluberrimae hinc uel sunt, uel saltem uidentur leges, ad multiplicandum incolarum numerum latae. Tendunt enim ad communem regni salutem, cuius dignitatem multitudo illa auget, timorem inimicis uicinisque initit, artium promouet incrementa. Hinc fere omnes gentes cultiores, imo barbarae quaedam, aut puriendo coelibus, aut praemiis afficiendo maritos, aut matrimonia multis ornando priuilegiis utilibusque effectibus, aut aliis modis.

A 2 multibus,

multis, a) de augendo ciuium numero cogitauerunt, quod de Persis, Atheniensibus, Lacedaemoniis, Thebanis, Ebraeis et Germanis, late demonstrat HEINECCIVS, b) sed et apud Aegyptios testatur DIODORVS SICVL. c) fuisse ideo permisum, plures duce-re uxores, ut habeant hominum multitudinem. Notissima est Mu-hamedanorum \*) consuetudo, quibus quatuor uxores, et quot uolunt pellices habere, in Corano concessum est. Sinenses, qui magnopere amant deplorari post mortem, liberorum procreandorum admodum studiosi, infelicissimos sese existimant, si nullam relinquent prolem: eorum uero rex Tai-Cu, qui XII uixit saeculo, edictum promulgavit, ne femina ulla fiat monialis, neque ullus masculus ante annum aetatis XL ad monachos transeat Bonziani ordinis, cuius regulae coelibatum poscunt. Nec minus copiosus per placet populus regibus Indiae Orientalis, qui propterea seuerissime statuerunt: ut ne liberi aliter succederent parentibus demortuis, nisi matrimonium iamiam iniuierint, sed fiscus caperet hereditatem eorum, qui liberos relinquunt matrimonio nondum iunctos: quemadmodum hoc passim testantur itineraria, illud Historiographi Sinenses.

## §. II. be

*inter quas  
Romana  
non fuit* Sed, praeter Spartanos, uix ulla gens numerosae sobolis studiorum fuit quam Romana, quippe quae a reipublicae initio iam

a) Peculiares quidem suadet MAURITIUS,  
v. Comes Saxonie, Marescallus Galliae,  
in libro: Einfâle über die Kriegs-Kunst,  
eui addidit Gedanken von der Fort-

b) ad L. Iul. et Pap. Popp. Lib. I.  
cap. 2.

c) Lib. I. cap. 7.

\*) Neu eröffnete Ottomannische Pforte  
ater Theil c. 21. f. III. sqq.

## A TVTEL A ET CVRA EXCVSANTIBVS

V

caeteris gentibus imperare sibi sumferat, quod sine ciuium copia <sup>ultima, quae</sup> fieri non poterat. ROMVLVS, NVMA, TVLLVS, et, Regibus electis <sup>magna ma-</sup>  
 Censores hanc necessariam putauerunt curam. Post hos Lex Iu-<sup>rim</sup> decer-<sup>rimonio-</sup>  
 lia, Papia Poppaea, AVGVSTI ad maritatos et coelibes orationes, <sup>nebas prae-</sup>  
 mia,

constitutiones TRAIANI, d) HADRIANI, e) ANTONINI, SEVERI, f)  
 aliorumque satis monstrant, quantum Romanorum interfuerit, ne  
 populi debilitate imperii maiestas minueretur. Nec aliam ob-  
 causam tantis munitae sunt priuilegiis dotes, quam ut ciuitas re-  
 pleatur hominibus, g) et ideo secundae nuptiae uxori permisae,  
 licet maritus in testamento uiduitatem imposuerit. h) Hinc festi-  
 nabant Romani pubertatem, ut matrimonia inire mature possint  
 iuuenes i): hinc et priuilegia nascendorum, quia reipublicae na-  
 scuntur. k) Lex Papia Poppaea in primis maxime fuit aestimata,  
 ita ut celeberrimi Romanorum ueterum ICti Commentarios per-  
 multis libris in eam conscriperint, quos simul, cum nouis in il-  
 lam legem commentatoribus, recenset HEINECCIVS supra citatus,  
 qui etiam occasionem et historiam legis huius fusius exponit.  
 Hinc est ortum et famosum illud ius trium liberorum, quod ue-  
 ro postea ab illis quoque impetratum fuit, qui duos modo, uel  
 unum filium, habebant, imo postremum *ārēxycī* et sterilibus con-  
 cillum fuit. l) Attamen per longum tempus magno fuit in ho-

A 3

nore

d) PLIN. Panegyr. cap. 26. 27.

i) vid. Celeberr. PRAESIDIS Disp. de  
Pubertate Saxonica VII. 1738. §. 10.

e) l. 7. §. 3. C. de bon. damnar.

k) l. 1. §. 15. ff. de ventre in posseff-

f) l. 2. §. 4. et 8. ff. de excus.

mitt.

g) l. 1. ff. solus marri-

l) Patet hoc ex exemplo Liviae. BRO-

b) l. 2. C. de viduit.ind.

CASS. Lib. LV. sub init.

VI STITVACDE LIBERIS AETAT A

nore, quod exemplum MARTIALIS m) et PLINIn) probat. Praemia uero polypaedias et poenas coelibatus recenset HEINEC-  
CIVS. o)

§. III.

ad quae et-  
iam excusa-  
rio a rite-  
la pertinet,  
quae ob no-  
tum ad nos  
datur.

Fuerunt haec praemia amplissima, quin etiam libertas data est ancillis, quae quater pepererant. AVGVSTVS maritis e plebe proprios assignabat ordines in amphitheatris. L. 6. ff. de iure patron. remittit iuramenta, de uxore non ducenda praefixa, L. 6. ff. de decurion. in Collegio Decurionum eos primos rogari vult, qui plurimos habent liberos, et quae eiusmodi sunt alia. Sed excusat etiam liberorum multitudo a muneribus publicis, non quidem omnibus, nisi maxima, sed tamen a personalibus. p) Hinc et a tutela pater πολύτεκνος excusatur, ut eam, si III, IV, vel V liberos pro diuersa imperii regione habeat, suscipere non cogatur. Ab educatione pupilli tamen, quippe quae a tutela potest esse separata, liber non erit, si ipsum Praetor eam iubeat, quod facere potest; q) quia propter educationem rationes non reddit, nec bona administrat, ideoque magna pro pupilli rebus cura non oneratus est. Est uero excusatio a tutela vel cura ob numerum liberorum allegatio causiae, qua quis se a pupilli defensione alienorum

m) Epigr. Lib. II. ad Caes. Lib. III.

ad Naevol. Lib. X. in Muninam, et multis aliis locis.

n) Epifl. II. 13. X. 2, 95, 96.

o) ad Leg. Iul. et Pap. Lib. I. cap. 2.  
§. 7. seqq. cap. 3. §. 1. et in explicatione

plurimorum huius legis capitum.

p) Quare nec l. I. C. de his; qui num. lib. obstat: onera enim hic magis denotare patrimonialia videntur munera, ut ea multis aliis significant legibus.

q) l. I. §. 2. ff. ubi pup. educ.

A TUTELA ET CURA EXCVSANTIEBVS XVII

normae bonorum administratione suscipienda propter liberos,  
quorum numerus et qualitas a lege praescripta est et definita,  
liberare potest.

§. IV.

Hoc ius excusationis a tutela ob numerum liberorum, publi-  
cum appellatur. <sup>r)</sup> hinc ratio, propter quam excusat, non quae-  
renda est in cura, quam patres in educando multos liberos im-  
pendere debent, quamvis nec ea plane exclusa uideatur, cum  
parens, ad tutelam uel curam alienam attendens, ab educatione  
et cura suae sobolis, auocari possit: sed solum in utilitate pu-  
blica, et quia sic in praemium matrimonii <sup>s)</sup> constitutum est.  
Omnis igitur, qui alias tutelam suscipere debent, hac excusati-  
one uti poterunt. Haeretici, apostatae, Iudei, infames ipso iure  
repelluntur. Attamen omnes, si infames excipias, etiam excusa-  
buntur, si parium tutelam suscipere debeant. <sup>t)</sup> Illi, qui libero-  
rum defuncti collegae tutelam suscipere tenentur, quamvis a reli-  
quis immunes, ueluti Professores ei secundum HOPPIVM ET MEN-  
CKENIVM, omnes, qui in Academiis et scholis docent, et vetera-  
ni honeste missi, tamen et ab illa suscipienda tutela numero li-  
berorum liberabuntur, propterea, quod is, cui speciali legum dis-  
positione una admittitur excusatio, alteram tamen semper adhuc  
saluam habet. Quodsi uero in illo loco, ubi tutor dandus est,  
nemo fortasse fuerit, quin habeat excusationis caussam, haec ob  
numerum liberorum forte reliquis erit postponenda, quia hae uel

ob

<sup>r)</sup> l. 36. §. 1. ff. de exent.

<sup>s)</sup> arg. l. 21. C. de haeret.

<sup>t)</sup> l. 36. pr. cit.

VIII AVITIAEVS DE LIBERIS AESTIVIS

ob defectum, qua quis nec suis rebus bene praecesse potest, uel ob maximum laborem, uel etiam ob negotium reipublicae utilissimum, et magis datae sint necessitatis caussa, quam praemii, (exceptis tamen ueteranis) praemium uero non sit concedendum, ubi reipublicae noceatur. Verum, plures si fint, qui hac utantur excusatione, eum preferendum, putarem, cuius liberi minores sunt aetate, tum quod maiorem requirant curam, tum, quod ille, qui filium habet iustae aetatis, eum in tutela suscipienda sibi substituere possit, u) imo debeat, cum ideo praemium hoc immunitatis propter liberos patribus sit datum, quod filii possint munera subire, x) et utilia reipublicae praestare officia. Habenda tamen etiam erit ratio diuinarum, y) nec enim ii, quos paupertas antea excusauit, postquam facultates auxerunt, amplius immunes sunt. z)

§. V.

Verum et in omnibus tutorum speciebus locum habebit haec excusatio. a) De testamentario quidem et datiuo nullum est dubium, cum uoluntas testatoris uel iudicis non faciat, ut iure suo si libet, uti nequeant: nec etiam de legitimis, quamuis hi ob grauiorem caussam uocentur ad tutelam, scilicet cum commodum ex hereditate pupillorum sperare possint, etiam incommodum tutelae gerendae suscipere obligantur, b) attamen, quia haec ex

qualiscunque ea etiam sit:

u) l. 6. C. de his qui num. lib.

x) l. 3. §. 6. ff. de munier. et honor.

y) arg. l. 5. pr. ff. de iur. immun. et

l. 14. §. 3. ff. de munier. et honor.

z) l. 5. §. 12. ff. de iur. immunit.

a) l. 2. §. 5. ff. de exc.

b) l. 1. pr. ff. de legit. tutor.

excusatio est praemium matrimonii, praesertim si supersint, qui dari possint tutores, excusandi sunt, nec ob' excusationem illam ab hereditate excluduntur, quia saepius alibi est tutela, alibi haereditas. c) De pactitiis tamen obstat L. 15. §. 1. ff. de excusat. qui patri promisit, excusare se non potest, et si alias habeat ius excusationis. Sed hoc tum demum obtainere existimandum est, si tempore promissionis iam liberorum numerus adfuit, non uero, si is postea in primis, si sperari non poterat, superuenit, quia ad incogitata pactum non est extendendum, minus enim aequum esset, eum, qui promisit tutelam gerere, sed postea factus est ualestinarius, ad illam suscipiendam cogere. Attamen si honorarium sibi stipulauit pacto, quod facere potest, d) eum uix credo excusare se amplius posse numero liberorum, propterea, quod industriad suam, quam tamen defunctus elegit, gratis non adhibet, nec damnum in quaerenda uitae suae et liberorum sustentatione patitur. De tutela mandata et feminina nihil addo, cum cogi non possint ad eam suscipiendam, ita nec excusatione opus habent. Quod si statuto cogeretur femina ad tutelam administrandam, omnino iure hoc publico excusaretur: ut mater omnino liberaretur a filiorum tutela, in praemium, quod toties pepererit. e) DIOCLETIANVS etiam expresse mulieribus uacationem personalium munera concessit, si V habeant liberos superstites. f) Haec omnia et ad

B

tutores

e) dicta l. 1. §. 1.

e) arg. l. 36. §. 1. ff. de excus.

d) LEYSER, Medit. ad ff. Spec. 328.  
med. 23.

f) l. 5. C. de his, qui num. liber.

tutores feudales applicari possunt, siue etiam sint simultanei inuestiti, siue agnati, siue ipse tandem Dominus directus; de tutelis enim iura feudalia, in primis de excusationibus, nihil disponunt, ideoque ad ciuile configiendum. Dicta haec sunt de administrantibus: sed eadem etiam de honorariis moneri possunt, quorum labor, quoad tutelam, fere maior est, quam administrantium. Vix vero notitiae causa dati excusare se poterunt, partim quod eorum labor admodum sit exiguus, partim quod plerumque honorarium accipient. Excusantur etiam propter liberorum copiam omnes curatores, etiam mente captorum, mutorum, uentris, ut lege g) specialiter dicitur.

## §. VI.

*testamen-*  
*torius ta-*  
*men tutor*  
*se excusans*  
*legatum a-*  
*misiit.*

Sed si legatum relictum illi, qui testatoris liberorum tutor constitui debet, uel curator, an illud perdat, si se liberorum excusans cusat numero, dubitari potest: de legitimo et datiuo quidem non, quia, quem testator non dedit tutorem, eum uoluisse administrare tutelam, dici non potest; b) nec de testamentario, si ipsi legatum in eum casum relictum sit, si tutelam administret; est enim legatum conditionale, nec, conditione non existente, debetur: sed si legati datio et tutoris constitutio separatis testamenti propositionibus inueniatur, ut nulla ex parte coniuncta sint inter se, ubi iam olim PAVLVS i) dubitauit. Nemini enim iniuriam facit, qui iure suo utitur, in primis cum haec excusatio ob liberorum numerum sit iuris publici, legatorum etiam magnus fauor.

g) l. 45. §. 2. ff. de excus.

b) l. 34. ff. eod.

i) l. 32. ff. eod.

fauor. Hinc legatum relictum tunc solum excusatione amitti dici posset, si in praemium tutelae administranda datum esset, <sup>k)</sup> sed L. 33. ff. de excus. constituit, legatum amitti post excusationem semper, nisi euidenter pater expresserit, uelle se dare constituto in testamento tutori, etiamsi tutelam non administret, et L. 28. ff. cod. legatum tutori datum post excusationem omnino et extraneis cedere heredibus, praecepit. Prior tamen lex, nisi accipi potest de eo casu, si tutor falsis se excusat allegationibus, ut legatum perdat poenae cauſa: certe non nisi in patris ultima uoluntate saltim obtinet, non matris aut extranei, ita ut tutor ab his constitutus legatum simul datum, si non sub conditione tutelae legatum est, excusatione non perdat, quia odiosa sunt restringenda. L. 28. cit. uero ipsa filium excipit, quem fiduciarium pater in testamento fratris constituerat tutorem, utpote qui, etiamsi se excusat, legatum tamen retinet. Quod cum in ea, quae ob singularem constituitur fiduciam, tutela sit permisum, eo magis in reliquis legitimis tutelis locum habere potest.

## §. VII.

Verum non omni pater multorum liberorum excusatur tem-  
pore, sed numerus ille tunc allegari debet, et demonstrari, quo tutela  
delata fuit. Si enim liberi, qui antea discesserunt, non connum-  
rantur, attamen non nocent, qui postea moriuntur. <sup>l)</sup> Nec ue-  
ro aliquid auxiliantur, qui post ea nascuntur; nam a suscipienda  
solum, non uero suscepta iam tutela excusat ista prolis copia. <sup>m)</sup>

B 2

Nec

k) SCHNEIDEWINVS ad pr. I. ead.

m) l. 2. §. 3. ff. de uoc. mun.

l) l. 2. §. 3. ff. de excus.

Nec etiam a recipienda. Itaque, si quis per aliquod tempus iam gessit tutelam, deinde uero reipublicae caussa absfuit, licet, durante absentia, numerum liberorum compleuerit, ea tamen excusatione, ad declinandam tutelae, seu potius administrationis tutelae, receptionem, post laxamentum itineris, a legibus *n*) concessum, uti non potest. *o*) Ille etiam, qui pro absente reipublicae caussa creatus est tutor, *p*) si absens iste, cuius uicem sustinet, moritur, in ea perseuerare tutela obstrictus est *q*); hinc si interea, a delata scilicet, quam pro absente gerit, tutela, ad mortem usque huius absentis, numerum necessarium complet, uel etiam eodem iam gauisus quidem delationis tempore, non tamen ad declinandam tutelam usus est, postea, cum ob absentis obitum, uerus factus sit tutor, non habebit excusationem. Sed qui semel hanc non allegavit excusationis caussam, suscipiens scilicet amicitiae gratia tutelam, quamuis iustum habeat liberorum numerum, ideo beneficio legis renunciasse in perpetuum non censendus est, *r*) sed si alio tempore ei tutela defertur, hanc interponere excusationem porrest, modo adhuc omnes liberi supersint, uel saltim numerus adhuc completus: quemadmodum et ille, qui ab honoribus habet uaca-

*n*) *l. 4. ff. eod.*

*o*) *l. 10. §. 2. et l. 45. pr. ff. de excus. et §. 2. I. eod.*

*p*) Quod factum fuisse interdum apud Romanos, testatur *l. 12. ff. de tutel. alias enim curator datus est. Nisi cum ill. LEYSERO Medit. ad ff. Spec. 327. med. i. vocem iutor hic curatorem significare statuere uelimus. Hodie hoc fieri posse, nullum mihi est dubium, subti-*

litates enim Romanas sinceritas Germana non agnoscit.

*q*) *l. 12. ff. cit.*

*r*) In hunc modum interpretatur etiam BRVNNEMANNVS *l. 12. C. de excus. iur. Voluntariae tutelae munera priuilegiis nibil derogant. ita, ut priuilegium, quod saepius exerceri potest, uno actu contrario non amittatur.*

uacationem, quendam tamen ex iis sponte suscipiens, ad reliquos cogi non potest, nec priuilegium, quod antea habuit, amittit. *s)*  
Si uero numerus ille interea ita sit minutus, ut ad excusationem non amplius sufficiat, sibi impudet, quod eo tempore se non liberauit a munere, quo potuit.

## §. VIII.

Quomodo uero interponi debeat haec excusatio, dubium *appellatione* *vero ad e-*  
*mouere potest VLPIANVS, t)* scribens, quod is, qui liberorum in- *aminterpo-*  
*columum iure a muneribus ciuilibus sibi vindicet excusationem, pus non est.*  
appellationem interponere debeat, eumque, qui tempora prae-  
finita in ordinem eiusmodi appellationum peragendo non seruauerit,  
merito praescriptione repellit. Tutelam munus ciuale esse, nullum  
est dubium, *u)* ideoque excusaturum se numero liberorum a su-  
scipienda tutela interponere appellationem debere uidetur. Sed  
aliae leges *x)* dicunt eum, non appellare, qui se vult excusare  
numero liberorum. Necessario igitur *VLPIANI* lex ex his expli-  
canda uidetur, et ita quidem potest intelligi, ut is, qui cum hac  
excusatione non auditus est, appellat. Grauatus enim non est,  
cui tutela defertur, nec haec excusatio ob numerum liberorum  
cum maiore coniungi potest incommoditate, quam caeterae, ad  
quas interponendas appellatione non opus est. Omnes enim ex  
aequitate dantur, *y)* omnibusque igitur paria annexa esse commo-  
da, saltim in tempore et modo proponendi eas conuenire debere

B 3

existi-

*s) l. 2. C. de his; qui sponte publ. mun.  
subeunt.*

*t) l. I. pr. ff. de uacat. mun.*

*u) l. I. §. 4. et l. 18. §. 28. ff. de mun.  
et honor.*

*x) §. 16. l. de excus. et l. 13. ff. eod.*

*y) l. I. pr. ff. de uacat. mun.*

existimarem. Fortasse uero et ita interpretari legem istam, uel potius ad dicta adiicere licebit, ut ille, qui non auditur a iudice tutelam ei deferente, proponens excusationem, quam ob liberorum habet numerum, intra tempus statutum z) appellat, ne forte, cum reuera numerum liberorum ad excusationem necessarium non habuerit delatae tutelae tempore, interea, cum appellare cunctetur, ipsum compleat. Et commouent me quidem, ut illa sentiam, partim ea, quae in ista lege p[re]aestructa sunt, partim ipsa uerba citata, et in primis uox *uindicat*, quae uix intelligi potest, ut item aliquam non comprehendat. BRVNNEMANVS uero a) ita tradit, ut ab electione ad quoduis munus publicum is, qui numero liberorum se excusare tentat, appellare debeat, excepta sola tutela uel cura.

## §. IX.

*Liberi autem, quibus quis excusat, si uiri sint uiui,* Sed uidendum nunc etiam est, num liberi omnes excusent. Ratione sexus quidem nulla est differentia, b) uiui modo sint eo tempore, quo patres tutores dari debebant. c) Ut uero pleni temporis in lucem edantur, ut quidem uult PAVLLVS, d) mihi non uidetur necessarium : hoc uero, ut uiui sint, cum nascuntur. Hinc, quod uiuere debeant, quibus ad excusationem quis uti uult, patet, non excusare nascendos et mortuos. e) Illi enim non profundunt patri in muneribus publicis, f) nec habentur pro natis, nisi

z) §. 16. I. cit.

a) in Comment. ad D. b. leg.

b) l. 5. et 6. C. de his, qui num. liber. et l. 2. §. 6. ff. de excus.

c) l. 2. §. 3. ff. de excus. l. 2. §. 3. ff. de uacat. et exc. muu.

d) Sentent. Lib. IV. de intefl. success. uide et infr. §. XIV.

e) l. 2. §. 3. ff. de exc. et l. 14. ff. de uac. et exc. muu.

f) l. 2. §. 5. ff. de exc.

nisi de ipsorum fauore agatur. g) Mortui olim matribus profuerunt, quippe quae liberorum mortuorum per CLAVDII rescriptum haeredes siebant legitimae, h) ante CLAVDIVM nihil ex eorum haereditate percipiebant. LIVIAE etiam AVGVSTI Imperatoris uxori profuerunt, cum DRVSO eius filio mortuo in solatium liberum amissorum ius consecuta sit trium liberorum: i) ex quo simul patet, quanto in honore hoc ius trium liberorum fuerit, cum Imperatrix ipsa, qui ex eo aliquod commodum uix habere poterat, illud impetrare non dedita fuit. Id beneficium tamen postea et aliis, qui liberos amiserant, in solatium largiti sunt. k) Patri uero etiam prosunt mortui, si scilicet in acie ceciderunt; ii enim non habentur pro mortuis, sed in perpetuum per gloriam uiuere censentur, l) maximusque iis est honor, m) ut imo lege n) prospectum sit, eos lugeri debere, quamvis ipsorum corpus non compareat. Excusant igitur a tutela hi bello amissi, cuiuscunque etiam sint aetatis uel sexus. o) Possunt enim et feminae truncari ab hostibus. Lex Iulia quidem omnes bello amissos ad uiuos adhuc referebat, quod et MODESTINVS p) agnouit, sed VLPITANO q) placet, eos qui per causam belli parentibus sunt abrepti, ut in obſidio-

g) l. 7. ff. de statu boni, et l. 14. ff. de  
vac. et exc. mun.

b) §. 2. I. ad SCrum Tertill.

i) DIO CASS. Lib. LV. sub init.

k) HEINECCIUS Lib. cit.

l) pr. I. de excus.

m) quod praecipit ARISTOTEL. Po-  
litic. II. 6.

n) l. 25. §. 1. ff. de his, qui nos. inf.

o) l. 18. ff. de excus. dicitur quidem  
l. 2. C. quā num. liber. filia amissa nume-  
ro non prodet, ad declinanda municipalia  
munera. Nec inepte hoc ab eo, quod  
plerumque fit a CARACALLA, PAPIN-  
IANI, ut credo, confilio, dictum est. Ra-  
rissime enim acciderit, feminas in acie  
amitti.

p) l. 14. ff. de vacat. et excus. mun.

q) l. 18. ff. cit.

*obsidione, non excusare, sed solos acie amissos.* Sed ratio, quam addit: *hi enim pro republica ceciderunt*, dicto admodum est contraria. Nam ii, qui in obsidione configuntur, praesertim, si accipiatur de obsessis, qui urbem iussu praefecti defendunt, magis cadunt pro republica, quam qui in acie truncantur. Illi enim saepissime defendunt patriam, hi saepius hostem offendunt. Praeterea etiam maiore rem defendunt periculo muris clausi, quam qui in campis dimicant. Durior adhuc fit sententia VLPIANI eo, quod hos solum excusari uelit, qui *ceciderunt* in acie, ideoque ibi uulneratos quidem, alibi uero mortuos excludat. r.) Verum hoc contra omnem esse aequitatem, non dubito. Cum enim afflictis non sit addenda afflictio, miseri satis parentes, qui liberos amisérunt, propterea, quod statim non mortui sunt liberi, priuilegio minime priuandi sunt. Hinc eos, qui uulnera solum in acie acceperunt, ubicunque etiam mortui sint, ad excusationem sufficere, melior erit sententia. s.) Hi igitur, qui, pro patria dimicantes, diem obierunt, uacationem a tutela dant, caeteri, qui deceserunt, non, nisi ipsi liberos relinquant. Mortuorum enim filiorum liberis t.) liberationem a tutela efficere possunt, iure, ut ita dicam, repraesentationis, u.) eum tamen in modum, ut quotquot etiam eorum ex uno fuerint filio, pro uno solum filio numeren-

r.) Hinc et BARTOLVS *ad l. 2. ff. de exc.*

eam tenet opinionem, ut in acie uulnerati, si domi mortem obierint, connumbrari non possint.

s.) cui et adscribit ROPP. *Comm. ad pr.*

I. de excus.

t.) nepotes enim, quorum pater adhuc superest, auo non profunt, sed patri. l. 2.

C. qui num. liber.

u.) l. 3. C. de bis, qui num. liber.

A TUTELA RT CVRA EXCVSANTIBVS XVII

merentur, x) idque etiam in pronepotibus et ulterioris gradus liberis procedere, ut eo maior sit matrimonii honor, putarem. Prosunt tamen solum ex filiis nati masculis, non qui ex filiabus. y) Hinc si quis X etiam ex V filiabus mortuis habeat nepotes, eorum tamen causa uacationem non impetrat, idque ex recepta ueterum Romanorum norma, qua filia nupta non amplius ad familiam pertinet. z) ~~propter illorum ciborum et uerbi eiusdem~~

§ X.

Porro liberi, qui excusare debent, sint legitimis. a) Legitimi etiam per subsequens matrimonium ad excusandum patrem ualebunt, quia immunitas a tutela, ob numerum liberorum, praeimum est matrimonii, et praeterea liberi eo legitimati modo aequali cum legitime natis utuntur iure. b) Hanc ob causam etiam ex matrimonio ad morganaticam procreati liberi ab onere liberabunt tutelae, propterea quod uerum est matrimonium, et ciuilia connubii iura et effectus ulterius non tollit, quam ex pacto. Ex concubinatu non prosunt, cum prohibitus sit lege Germanica c), Saxonica, d) et iam Imper. LEONIS constitutione, e) ideoque legitimis ex illo non prouenant liberi: multo minus incestuosi et adulterini. At uero si maritus adulterae ignoscit, interueniente in primis cohabitatione, et partum post adulterium commissum editum pro suo agnoscit, annon eum possit numerare in numero liberorum ad ex-

C cusandis

x) l. 2. §. 7. ff. de excus.

b) Nou. 89. c. 8.

y) l. 2. §. 7. cit.

c) Ref. Polit. d. a. 1548. tit. 25.

z) §. 3. l. de patr. potest.

d) Landes-Ordn. d. a. 1550.

a) l. 2. §. 3. ff. de excusat.

e) Nou. Leon. 91.

XVIII DE LIBERIS

euſandum requiſito, non adeo absurdum eſſet ſtatuerē, ob fauorem fortaffe matrimonii, quod ipſe rumpere poterat, ut et quod incertum adhuc ſit, utrum a marito, an ab adultero procreatus ſit, quod et PAPINIANVS f) credit. g) De naturalibus adhuc addendum, quod SCHNEIDEWINVS h) exiftimet, eos etiam prodeſſe, ſi modo non ſoli ſint, ita ut pater naturalibus et legitimis ſimul connumeratis numerum explore poſſit praefcriptum; eam tamen diſpoſitionem in legibus, ad quas prouocat i), aperte non inueniri. Ut uero in potestate habeat liberos, ad excuſationem patri non opus eſt, k) ſed emancipati etiam liberant a tutela, l) et

Ḡeānterſoī τοκεūſtuī ἀπὸ Θρηνήq̄a δοῖev, m)  
ut adeo legamus, n) ſi pater trium liberorum unum filium emancipauerit, ad curam legitimam eius filii ſuscipien-  
dam ſolo iure naturae quidem stringi, cogi tamen eum non poſſe,  
ſed ipſi exceptionem trium liberorum contra proprium filium con-  
cedendam eſſe: ſicuti etiam, ſi quis emancipati filii tutelam gerit, et  
adhuc duas alias adminiſtrat tutelas, illa filii pro tertia habetur, ut  
aliam quamcunque ſuscipere non teneatur, ſed exceptione trium  
tutelarum tutus ſit. o) Hinc etiam, cum emancipati allegari poſ-  
ſint

f) l. II. §. 9. ff. ad L. Iul. de adulter.

g) nec matri ſoli creditur, quae dicit,  
partum eſſe illegitimum. LEYSER. Med.  
ad. ff. Spec. 14. med. 4. adde eiusd. Spec.  
326. med. 8. ubi ex BAYLE Diſt. art.  
Henri VI. lit. C. eiusdem, dubitantis,  
an certe dici poſſit, quod partus non ſit  
ſuppoſitus, uerba commemorat: Vōtrema-  
ri eroit - il-capable de le faire? quod hic  
nerti potest.

b) ad pr. I. de excuf.

i) quae ſunt pr. I. de excuf. et l. 2. ff. eod.

k) l. 2. §. 3. ff. eod.

l) pr. I. eod. et l. 2. §. 5. ff. de uac.  
er exc. mun.

m) HESIOD. Op. et Dies u. 186.

n) l. 36. ff. de excuf.

o) l. 15. §. 16. ff. eod. VLPIANVS ta-  
men meminit, de ea re ab aliis dubita-  
rum fuiffe.

A TUTELA ET CURA EXCVSANTIBVS XIX.

sint; filiam quae nupsit, quamvis in aliam transierit familiam, ad legitimum tamen adhuc pertinere numerum, afferi sine ullo dubio potest.

§. XI.

Liberi etiam sint proprii: alieni ad excusationem idonei non *proprietatis* sunt. Fraudem Romani excogitauerant pessimam ad consequendum ius trium liberorum et effugiendas poenas coelibum, cum amicorum liberos producerent Imperatori, pro suis eos uenditantes. p) Quam ob fraudem introducta fuit postea παιδογέραφία, qua parentes nomina recens natorum liberorum profiteri, obstricti erant, quae postea referebantur in tabulas publicas q) quas libros actorum nominat IVVENALIS Satyr. IX,

Tollis enim, et libris actorum spargere gaudes

Argumenta uiiri.

Hinc, quod proprii esse liberi debent, nec adoptati prosunt adoptanti, sed patri, a quo geniti sunt. r) idque iure nouo magis confirmatur, quo nec in potestatem patris adoptui ueniunt adoptati, nisi sint descendentes, s) qui uero ad excusationem ne opus quidem sunt, si uidelicet pater eorum nondum defunctus est. Sed et arrogatus, utpote cuius pater potest esse mortuus, arroganti excusationem non suppedirabit, igiturque nemini proderit. Imperator enim distinguit t): Sed adoptui liberi non prosunt; in adoptionem autem

C 2 dati

p) l. nn. C. Theodos. de his quib[us] num. lib. gvs in Orat. contr. Leocr. cap. 18. p. 155.

Ed. Hauptm.

q) talis et apud Athenieses obtinuit mos, ut infantes inscriberent tabulis publicis, quod γερμανικῶν τις κονός vocabant, de quo SVIDAS. Conf. LYCUR-

r) l. 2. §. 2. ff. de nac. et exc. mun.

s) §. 2. I. de Adopt.

t) pr. I. de excus.

XX. SVITKARYO DE LIBERIS AHTV A

*dati naturali patri profunt. In priori propositione ambas intelligit adoptionis species, in posteriori adoptionem in specie sic dictam. Hoc uero summo iure ita est prouisum. Vbi enim matrimonia in honore esse debent, ibi adoptionis beneficia restringenda sunt. Hinc etiam, si cui in testamento in tempus liberorum relictum est aliquid, adoptando illud consequi nequaquam potest, <sup>u)</sup> sed opus est, ut ipse liberos gignat, qui conditionis instar legato adiecti sunt. Hinc arrogationes fieri non poterant sine imploratione principis, quia magis uidendum erat, num sint idonei adhuc ad liberos procreandos, qui adoptare uelint. x) Huc et pertinet laus AVGVSTO a MARTIALI y) data,*

*CAESAR, populisque futuris*

*Succurris, nasci quos sine fraude iubes.*

Inualerat antea pessima apud Romanos consuetudo, ut adoptati etiam prodessem patri, eique ius liberorum tribuerent, quem morem prauissimum TACITVS z) ualde reprehendit, et SCUTum contra eum latum esse, enarrat. Adiiciendum hic quoque est, eum, qui filium non proprium proprium putauit, ob hunc puniendum non esse errorem, et falsa eundem usum fuisse allegatione, dici nequaquam posse. Quamobrem etiam liberi ex matrimonio procreati putatio tamdiu excusabunt patrem, quamdiu illud prouero habetur matrimonio. Ii liberi, qui defectu corporis aut animali laborant, ut furiosi, surdi, et alii, quamvis reipublicae nullum uel exiguum afferant commodum, excusabunt tamen patrem mi-

<sup>u)</sup> l. 51. §. 1. ff. de legat. 2.

<sup>y)</sup> GELL. N. A. XV. 19.

<sup>z)</sup> Epigr. VI. 2.

<sup>z)</sup> Annal. Libr. XV. cap. 19.

A TUTELA ET CURA EXCVSANTIBVS XXI

Serum a tutela, ob magnam illam, quam ab iis habet, molestiam  
et aegritudinem. *a)* Sic et ii, qui malitiosi sunt, excusabunt, *b)*  
haeretici, puta, apostatae et alii, nisi patris culpa concurrat, tunc  
enim ob proprium delictum punitur.

§. XII.

Hactenus plurima de statu naturali: supereft dicere de ciuili. *qui maximam uel*  
De statu quidem familiae iam supra memoratum est, quod et eman-*medium capi-*  
cipati excusent: idemque de exhaeredatis potest affirmari. Cum *pitis dimi-*  
enim emancipati connumerari possint, multo magis hi numero pro-*nitionem non passi,*  
ficient constituto, quos ab haereditate pater exclusit, cum exhae-  
redatio ne patriam tollat quidem potestatem. De seruis igitur  
nunc addendum est. Seruitus poenae, utpote abrogata, *c)* atten-  
di non potest. Itaque etsi filius grauissimum perpetrauerit faci-  
nus, et in uincula coniectus sit publica, patri excusationem praec-  
ber, quamdui poenas nondum dedit. Sed de captiuis dictum est,  
*d)* quod, quamdui in captiuitate sint, non suppeditent pa-  
tri a muneribus excusationem, bene tamen si reuersi sint,  
quoniam tunc propter ius postliminii nunquam absuisse, et  
pristina non tam recuperare iura, quam nunquam potius amisisse  
singantur. Sed ea, quod captiui non dent excusationem,

C 3 est

*terd. et releg. sed ipsis solum, qui delique-  
runt, denegant beneficia; non privilegia,  
quaes propter eos aliis concessa sunt, tol-  
lunt.*

*e) Nou. 22. r. 8. et enim omnibus ser-  
uitutibus per mores hodiernos.*

*d) l. 2. C. de his, qui num. lib.*

*a) l. 2. §. 5. ff. de uac. mun. quidem  
liberos desiderat incolumes, sed incolu-  
mis potius significabit uiuos. Sic CRAS-  
SVS apud CAESAREM polliciebatur iis  
hostibus, qui se dederent, incolumenta-  
tem, i. e. uitam de B. C. III. 28.*

*b) Obstare quidem uidentur l. 7. C. de  
haerer. l. 6. C. de Apostat. et l. 7. ff. de im-*

XXII SYRITKAY DE LIBERIS

est ratio, quia apud Romanos pro mortuo habebatur ciuis, qui in hostium uenerat potestatem, e) ueluti maximam passus capitis diminutionem. Praeterea hoc poenae loco est, quod se ad mortem usque non defendit, nec truncari maluit, quam in ignominiosam uenire captiuitatem, qua Romanis nihil fuit detestabilius, f) et OVIDIUS, si non possit redire Romam, AVGUSTVM modo, ut tutius ab hostibus decernat exilium, rogar, g)

Vnde precor supplex, ut nos in tuta releges,

Ne sit cum patria pax quoque ademta mihi:

Ne timeam gentes, quas non bene submouet Ister,

Neue tuus possim ciuis ab hoste capi.

Sed filios tamen captiui successisse in locum patris, et auo, ut excusare se potuerit, dedisse copiam, probatione non indiget. Quod si filius an mortuus sit in acie, an captus, incertum sit, ad excusationem proficiet. h) Filias etiam haec regula comprehendere nequit, quibus se non defendere contra arma, ignominiae esse non potest. Igitur per filias etiam in captiuitatem redactas excusatos tamen patres fuisse apud Romanos, crediderim. Hodie uero, cum cessent hae legis in se durissimae rationes, penes patrem enim non fuit, quod filius magis se non defendit, aut casu quodam in captiuitatem redactus est: captiui omnino in iustum liberorum numerum

e) Id tamen iam quodammodo mutatum est per Nou. Leon. XL.

f) Acriter inuechitur in eos, qui mortem timunt, et eligunt captiuitatem HORAT. Odar. III. 5, ubi immiserabiles nomi-

nat adolescentes captiuos, egregium laudans REGVLVM, qui dissuadebat captiuvorum redemptionem.

g) Trist. Lib. II. u. 201.

h) uid supr. §. IX. et cit. ibi l. 25. ff.  
de his, qui not. inf.

### A TUTELA ET CURA EXCUSANTIBVS XXIII

merum computari poterunt. Notum est etiam, olim eum, qui uenundari se passus fuerat, in seruitute permanere, coactum: et mulierem, quae foedo serui tenebatur amore, in eiusdem statuta detrusam fuisse. Hos uero in numerum excusantem computari potuisse, affirmari fere nequit, cum iure ciuili desierint esse liberi, reipublicae non amplius profuerint, sed domino, et praeterea, cum captiuos lex excludat, eosque habeat pro mortuis, idem de his dicere, non absolum esset, quamvis opponi queat, liberos secundum ius Romanorum ueterimum adeo a seruis non distare, et ipsam emancipationem, (quae tamen non nocet numero liberorum,) si originem spectamus, esse uentionem. Sed haec usum non habent, in primis, postquam IVSTINIANVS abrogauit *i)* priorem ex his seruitutibus speciem, posterior uero in desuetudinem abiit. Qui medium capitatis diminutionem passus est, ut qui relegatus est in perpetuum, allegari ad excusationem uix poterit, quia patriae amplius non prodest. Licet enim nullibi praescriptum sit, ut liberi, quibus excusationem sibi comparare uult pater, ciues sint Romani, aliqua tamen ratione hoc, ex eo, quod dicatur, ideo patribus hoc datum esse beneficium, quia munera filii subire possunt, *k)* et ex eo, quod captiuo non excusent, probari potest. Relegato uero restituto ex gratia Principis, patris etiam priuilegium restauratum erit.

### §. XIII.

Explicandum nunc est, quantus sit ille numerus, de quo to.<sup>et iusto numero con-</sup>ties iam dictum fuit. Liberi alias et unum filium significant. *l)* *sicuti sunt.*

Sed

*i)* *l. un. C. de S.C. Claud. tollend.*

*l) l. 148. de V. S. GELL. Noct. Att.*

*k) l. 3. §. 6. ff. de mun. et honor.*

*V. 13.*

XXIV. SVRITMAY DE LIBERIS

Sed hic uerba sunt Imperatoris : m) Si enim III liberos superfites Romae quis habeat, uel in Italia IV, uel in prouinciis V, a tutela ueb cura potest excusari. Sunt quaedam in Corp. Iur. leges, quae huic obstarre uidentur, ut L. 5. §. 2. ff. de iur. immun. quae XVI, et L. 24. C, de decurion. quae XII postulat liberos. Sed illam ita intelligo, ut XVI liberi ab omnibus omnino uacationem dent muneribus municipalibus ; hanc, ut XII liberi decurioni a suscepto mune- re excusationem praebant. Hic uero non ciues Roma- ni, quatenus a ciuibus iuris Latini, Italici, et prouincialis dif- ferunt, intelligendi sunt, quos tres liberi excusant, sed ii, qui Romae degunt, licet sint prouinciales, sicut etiam sub uerbis, in Italia, non ciues iuris Italici intelliguntur, sed qui uiuunt in Italia. Haec euincit LEYSERVUS in Medit. ad Pand. n) et HEINECCIVS aliquoties iam allegatus. o) Quid uero sub Roma, quid sub Ita- lia comprehendatur, idem docet HEINECCIVS. p) Sub prouinciis uero ex ea lege intelligi Africa, Libya, Aegyptus, Illyricum, Dalmatia, Palaestina, Graecia, Thracia, Syria et Asia minor debet, Hispania enim iam dudum Gothorum, Gallia Franco- rum, Britannia Anglo-Saxonum, pars illa Germaniae, quae olim ad imperium pertinuerat Romanum, Francorum, Boiorum et Lon- gobardorum, Pannonia, uero Hunnorum inuasionibus imperio creptae, et prouinciae Romanae iure liberatae erant; nunc autem caeterae etiam fere omnes Iure Romano exemptae sunt. Sed mi- randum est, IVSTINIANVM sedem suam Constantinopolin non

aliter,

m) pr. I. de excus.

n) Spec. 337. med. 4.

o) ad L. Iul. et Pap. Lib. II. cap. 8. §. 3.

p) loc. cit. §. 1. 2.

aliter, quam prouinciae iure censere, nec hanc nouam Romanam ueteri, in priuilegio immunitatis, ob liberorum numerum, exaequaſſe. Ibi enim V liberos excusasse, ut in reliquis prouinciis, exinde colligi posset, quod ea urbs excepta non inueniatur, nisi fortaſſe cum reliquis ueteris Romae praerogatiis q) haec etiam ad Constantinopolin transferit, praesertim, cum IVSTINIANVS utramque Romam et utriusque territorium distinguat a prouinciis. r)  
 Si uero hoc priuilegio ornata fuit Constantinopolis, mirum est, TRIBONIANVM uerba MODESTINI ita non emendasse, quod tam liberum ei erat, s) ut utriusque Romae mentionem faceret. Itali igitur et prouinciales, quamuis ciuitas Romana cum iis fu-  
 erit communicata, in eo tamen cum Roma exaequati non sunt, sed etiam post concessionem ciuitatis Romanae t) ea fuit differen-  
 tia, ut ad excusationem a muneribus publicis personalibus V li-  
 berorum multitudo in terris extra Italiam, IV in Italia necessaria  
 esset. u) CLAVDIVS tamen Imp. eos, qui Latini iuris erant,  
 hoc etiam priuilegio aequales reddidit Romanis, quod ex SVETO-  
 NIO x) disci potest, qui de immunitate a muneribus publicis, quam  
 CLAVDIVS concessit, uerba faciens ait, CLAVDIVM ciuibus, qui  
 Romae degebant, uacationem legis Papiae Poppeae, quamuis libe-  
 ros non haberent, dediffe, et Latinis ad excusandum se permisif-  
 se, ut iure Quiritium, ut, licet tribus tantum praediti essent libe-  
 ris, hic ipsis sufficeret numerus.

## D

## §. XIV.

q) quae communicata esse cum Con-  
 stantinopoli, patet ex l. un. C. de priuil.  
 urb. Constant. et l. 6. C. de SS. eccl. At-  
 tamen sub nomine Romae Constantinopo-  
 lin non intelligi, docet l. 5. C. de oper.  
 publ. ubi uerba, intra urbem Romanam uet-  
 rem et nouam, indicant, si solum Roman

positum fuisset, Constantinopolin non  
 comprehendendi.

r) l. 7. C. in quib. cauf. pignus.

s) §. 7. Praefat. ff. ad Tribonian.

t) per Conſtitut. ANTONINI CARA-  
 CALL. Imp.

u) LEYSER loc. cit.

x) CLAVD. cap. 19.

## §. XIV.

*Excusationi non nocet, si li sententia y): matres tam ingenuae, quam libertinae ciues Ro-*  
*liberi uno tempore manae, ut ius liberorum consecutae uideantur, ter et quater pepe-*  
*dit, uel si raffe sufficiat, dummodo uiuor et pleni temporis pariant, quae*  
*in alio com-*  
*morantr semel uno partu III uel II edidit filios, ius liberorum non con-*  
*leco.* *sequitur.* An ergo propter trigeminos non excusabitur pater: pu-  
*tauerim equidem, idem reipublicae euenire commodum, si III*  
*uno tempore, quam si diuerso edantur liberi, 2) et e contrario*  
*foecundam adeo matrem maioribus adhuc ornandam esse praemi-  
is, crediderim. Fortasse Sabiniani, quibus addicetus erat*  
**P A V L L V S**, *a) III liberos simul natos pro uno filio compu-*  
*tarunt, Proculeiani e contrario numerarunt, sicuti naturae et ae-*  
*quitati conuenit, uti patet ex VLPIANI, PROCVLI doctrinas se-*  
*quentis, disputationibus, b) et TRYPHONINVS etiam ait: c) na-*  
*zura non permisit, simul uno impetu duos infantes de utero matris ex-*  
*cedere. Sed et PAVLLO placuit, admodum contrariam collegae sui*  
*VLPIANI defendere sententiam, quod ipse fatetur. d) Sed aequi-*  
*tati saltem uidetur magis consentaneum, III ius liberorum dare,*  
*licet uno partu editi sint. Ipse PAVLLVS etiam suam correxit*  
*mentem, dum Lib. II ad Leg. Iul. Pap. ter enixa, dicat, uidetur*  
*etiam, quae trigeminos pepererit. e) Quod tandem ad locum atti-*  
*net, ubi commorentr liberi, ad excusationem requisiti, necessari-*  
*um*

*2) Lib. IV. Sentent. Tit. IX.*

*z) addi tamen Medicorum sententiam,*  
*qua non praecox solum partus tam uali-*  
*dus, quam ille, qui pleni temporis nasci-*  
*tur, non est, sed etiam gemini, uel sal-*  
*tim unus ex geminis, multo magis itaque*  
*tergemini ratione virium omnino postpo-*  
*nendi sunt partui, qui unicus editur. HE-*  
*BENSTREIT. Anthropol. fer. seq. II.*

*cap. 2. §. 3. 10. 15. Natura haec nos in*  
*aliis etiam docet rebus, et exempla Hora-*  
*tiorum et Curiatiorum non adeo sunt fre-*  
*quentia.*

- a) BÖCKELN de diuers. famil. ueter. IC.*  
*zor. p. 65.*  
*b) l. 16. ff. de statu hom.*  
*c) l. 15. ff. eod.*  
*d) l. 43. ff. de act. ems.*  
*e) l. 137. de V. S.*

um non erit, ut ibidem degant, ubi pater, qui impetrare sperat uacationem, et sine ullo dubio affirmare possumus, eum, qui urbis Romae incola <sup>f)</sup> erat, tres habere liberos debuisse, qui ubi cunque uiuere poterant; e contrario uero ei, qui in prouincia excusare se uolebat, semper quinario numero opus fuisse: ut itaque ad eum intuitu numeri respiciatur locum, ubi dandus est tutor. Sic hodie etiam necessarium haud erit, ut sub eodem iudice numerus ille, quo quis excusari uult, inueniatur: alias enim inutile fere esset hoc iuris priuilegium, cum quilibet iudex ordinarius nostris tutores det moribus.

## §. XV.

At enim uero dicendum nunc est, utrum hodie III excusent, an <sup>Excusant  
bodie etiam  
liberi a su-</sup> uero IV, an denique V, de quo multum disputatur. Leges nostrae <sup>tela,</sup> specialiter de numero non disponunt, uti in Saxonia praescriptum est solum, ut administrationem tutelae suscipiat ille, der keine solche Excusationes, so die Rechte vor gruengsam achten, fürzuschützen hat. <sup>g)</sup> Imperii uero Germanici leges <sup>b)</sup> praecipiunt, ut detur tutor a iudice, wenn die angebohrne Freunde und Verwandten sich aus rechtmäßigen Ursachen der Vormundschaft nicht unterziehen wollen. Ex his non liquet, quantus excuset numerus. Si legem <sup>i)</sup> uerbo tenus explicare uolumus, plane liberi uacationem a tutela non darent, quantus etiam eorum sit numerus. Illa enim hanc urbi Romae, Italiae, et subiectis prouinciis dat excusationem, nos uero nec Romae uiuimus, nec in Italia, nec in tali regione, quae olim prouincia fuit Romana. Idem fere affirms BEYERVS, <sup>k)</sup> rationem, aiens, legis cefare, propterea quod a prolis multiplicandae studio Germani non

D 2 ram

f) LEYS. loc. cit.

g) Eccl. der Lands Gebr. d. a. 1612,  
Tit. von Justiti Sachen num. 8.

b) Ref. Polit. d. a. 1548. Tit. 31. §. I.

et Ord. Polit. d. a. 1577. Tit. 32. §. I.

i) scilicet pr. I. de excusat.

k) Position. ad ff. Tit. de excusat.

XXVIII CYRIVS DE LIBERIS

tam sint alieni, ut praemiis excitari debeat, quam ob rem, num liberi, et quot hodie excusent, arbitrio relinquunt iudicis <sup>l)</sup>). Haec prudenter admodum scripsit BEYERVS: iudex enim tunc inquirere potest, an tutela impedit curam, quae educandis liberis impendi debebat, si uel tutela multo coniuncta sit labore, uel pauper sit tutor confirmandus, uel alia etiam adsint huic multorum liberorum patri, quo minus tutelam gerere possit delatam, impedimenta. Quae si ponas, saepe is publicum hoc suscipere debet in unus, qui magno liberorum superbit numero. Interea tamen, cum excusatio a tutela ob caussam legitimam legibus <sup>m)</sup> sit permissa, haec etiam, quae datur ob familie magnitudinem, approbata est.

§. XVI.

*non uero res,* Sed de numero modo magnus est dissensus. Et triplicem quidem habemus ad excusationem hanc parandam numerum, et totidem diuersas etiam ICtorum opiniones. Tres excusare putat STRYKVS, <sup>n)</sup> nifus L. 17. ff. de stat. hom. Ob eandem caussam etiam HOPPIVS <sup>o)</sup> opinionem hanc primam non absurdam fore contendit. LVDOVICVS eandem fouet sententiam, <sup>p)</sup> alia tamen ductus ratione, quod scilicet magis conueniamus cum ciuibus Romanis, cum nec Romae, nec in Italia, nec in prouinciis commoremur. STRVVIVS <sup>q)</sup> de numero dubitat; posteaquam enim dixerit; excusatur tutor ob priuilegium trium liberorum, addit: quod tamen hodie uix obsernatur. Ratio autem ex l. 17. ff. de statu hom. sumta non sufficit. Verum quidem est, communicatum esse cum omnibus, qui sunt in orbe Romano, ius ciuitatis Romanae, per

<sup>l)</sup> Idem facit GROENEWEGEN ad I. eod. rit.

<sup>o)</sup> ad. pr. I. de excusat.

<sup>m)</sup> citaris in principio huius §pbi

<sup>p)</sup> Doctr. Pandect. Tit. de excus. §. 6.

<sup>n)</sup> ad LAVTERBACH. in ff. Lib. XXVII. Tit. I. not. quinque

<sup>q)</sup> Iurispr. forens. Tit. de excus. tut. et curat.

A TVTEL A ET CVRA EXCVSANTIBVS XXIX

hanc ANTONINI r.) constitutionem. Sed haec non ea comprehendit, quae urbi Romae propria sunt; sed ea tantum, quae iam antea concedebantur municipalibus, quo pertinebat ius commerciorum, patriae potestatis, connubiorum, testamentorum, reliqua. Propria enim priuilegia Roma retinuit, quod ex ipsis Institutionum Iuris Iustiniane uerbis patet. Si enim etiam hoc excusationis jus ob tres liberos communicatum fuisset cum prouinciis, quomodo dici potuisset, quod in prouinciis V excusent. Nam eum fuisse legitimum prouinciarum numerum, etiam post tempora ANTONINI, rescriptum docet CONSTANTINI, s) et ANTONINVM ipsum hoc excepsisse priuilegium, ex codice t.) discimus. Sed altera, LVDOVICI scilicet ratio maiorem habet speciem. Imperium enim Romanum ad Germaniam ab ipsa Roma translatum est, imperatoria uero potestas, sub OTTONE primo, uel, si cum FISCHERO u.) maius, tertio, in perpetuum regno Germanico annexa fuit, ut nec populi Romanii, nec Pontificis consensu exspectari debeat x) in eligendo imperatore, sed PRINCIPES ELECTORES (si Romanis utri licet uocibus) senatum et populum nunc repraesentent Romanum. Res uero postea ita uersae sunt, ut IMPERATORES GERMANICIS ae- piissime in modum prouinciae tractauerint Romanam, y) er adhuc Italia a Germania differt, quod armis acquisita iure censeatur prouinciae. Ius uero Romanum libere recepimus in Germania, non a Romanis imperatum habemus, uti eorum olim erat in prouincias seueritas. Nobis igitur dici posset, cum triplicis numeri esset

D 3 electio,

r.) et CARACALLAE quidem, ut docet HEINECC. Antiq. Rom. Lib. I. App. Cap. I. §. 19.

s) l. 6. C. de his, qui num. liber.

t) l. I. C. qui num. liber.

u) FRIDER. AVG. FISCHERI Disp. quod OTTO I. Imperium Rom. cum regno Ger-

maniae non coniunxerit. Cel. D. STVRMIO Praef. hab. Viteb. 1732.

x) per conclusum Principum Imperii anno 1338. quod exhibet FREHERVS.

y) uti e. g. uideri potest EX FRIDERICI BARBAROSSE historia. vid. Herrn v. Bünau Leben FRIDERICI DNI EHS des Isten p. 49. 197.

XXX. AVERTIMENTO DE LIBERIS AEGAEIS.

electio, cum placuisse maxime, qui impetratu est facilior, honoris nationis dignior.

§. XVII.

nec qua-  
tuor,

Secunda opinio est **HOPPI**, **z)** cui ob caussam iam allegatam, quia scilicet imperium Romanum ad Germanos translatum est, placet, ut sufficiat numerus IV liberorum, sicuti olim in Italia. Verum nomine Imperii Romani non sola continebatur Italia, sed etiam prouinciae eo comprehendebantur. Nec etiam in Italia sedes erat imperatoris, quae praeterea **IVSTINIANI** temporibus valde erat dubia, utrum ad Romanum pertineat, an ad Gothorum imperium.

§. XVIII.

*sed quin-  
que,*

Ad terriam uenio, eamque usitatissimam opinionem, eorum uidelicet, quibus hi minores non probantur numeri, sed qui V requirunt liberos, si quis excusationem propter eos intendat. Agmen dicit **SCHVLZIUS** **a)**, ad quem plerique prouocant. Sequuntur hanc sententiam **SCHILTERVS**, **b)** **LAVTERBACHIVS**, **c)** **VVERN-HERVS**, **d)** **LYNCKERVS**, **e)** **MENCKEN** **f)**, **LVDEWIG**, **g)** aliique, qui hac fere omnes ducuntur ratione, quod omnes regiones, excepta Italia, ut prouinciae aestimari debeant Romanae. Sed magis defendetur haec opinio, si dixerimus, eam retinendam esse pupillorum gratia, ne indefensi maneant, cum tot existent excusationis caufae, et fertilis nostra Germania patribus abundet trium et quatuor liberorum. Verum quidem est multitudinem incolarum Germaniae etiam conducere, ideoque in ea praemia matrimonii nullae non es-

se

**z)** loc. cit.

**a)** Syu. Iustit. Tit. de excus. lit. a.

**b)** Exercit. ad Dig. 37. th. 155.

**c)** Compend. Iur. Tit. de Excus. tit.

**d)** Manual. Pand. Tit. de Excus. §. 3.

**e)** Aulalecta ad ius uniuers. ad cundem ff. Tit.

**f)** ad Inst. eod. Tit. num. 4.

**g)** Different. iur. comm. atque Iusta-  
tici Diff. 13.

A TVTEL A ET CVRA EXCVSANTIEBVS XXXI

Se utilitatis, ea uero, quo maiora sunt, eo maiorem efficere rei appetitum: sed et interest reipublicae, ne res minorum sine defensione relinquantur.

§. XIX.

Receptam igitur in maxima Germaniae parte sententiam esse *sicuti in ex his tribus ultimam, multi contendunt, uti praeter SCHVLZI et multis Germania, VM, b) BERGERVSI i) HOPPIVS, k) MENCKENL), et alii. Illustris aliis regio LEYSERVS m) laudat hanc consuetudinem. PHILIPPI n) exemplibus recens plum profert d. a. 1664. quod Scab. Lipsiens. ita pronuntiauerunt.*

Idem de iisdem refert FRANCKENBERGIVS, o) et in ea quidem, quam adiecit, sententia Scab. nominati numerum V liberorum appellarunt: die zu Necht erforderliche Zahl. causa tamen, cur legitimus sit numerus, uel lege non addita. SCHVLTZIUS memoratus p) simile ex Marchia adducit exemplum. Sed excipienda hic est Austria, ubi teste REVTERO q) sex necessarii sunt, et in potestate quidem adhuc existentes; et Lusatia, ubi agnati et cognati, nobilium in primis, nullo prorsus liberorum excusantur numero; r) forte etiam aliae provinciae. Omnino multis etiam exteris nationibus placet hic numerus V liberorum ad excusationem tutorum. De Gallia enim refert LVD. CHARONPAS, s) quod V excusent, excepta urbe Parisiorum, quorum ciues numero trium liberorum liberentur. PAPONIVS t) etiam exemplum habet, quod Parlamentum Parisiense anno 1561. V liberos excusare a tutela pronuntiauerit. In Hollandia etiam requiruntur V, et SANDIVS u) exemplum profert,

quod

b) loc. cit.

i) Oec. Iur. Lib. I. Tit. IV. §. 8.

k) loc. cit.

l) loc. cit.

m) cit. Med. 4. ad ff. Spec. 337.

n) Vsu pract. Instit. Ed. 90.

o) Prax. modern. oder auserlesene Sprüche Lib. I. Sentent. 95.

p) Diffr. de πελυπαδια cap. III.  
num. II.

q) ad Tit. I. de excus. num. 19.

r) Lauf. Ways. Amts Ordin. §. 3.

s) Resp. 26. Lib. IX.

t) Corp. Iur. Franc. arresto XI. de

tutor, et curat.

u) Decisi. Lib. II. Tit. IX. def. 8.

XXXII DE LIBERIS A TUTELA ET CVRA EXCVS.

quod sic sit pronuntiatum, se etiam referens ad Ordinat. Frisiorum. *x)* In Hispania etiam excusant V superstites, qui legitimis sunt et naturales, connumeratis etiam iis, qui in acie, in Dei et Regis ministerio perditis sunt, uti hoc constitutum est in lega Regia Hispanica, *y)* cuius uerba adducit *GVTTIEREZ.* *z)* In Italiae tamen parte, et Heluetia, IV etiam excusare comperti.

§. XX.

*Celeberr.* Addo tandem Celeberr. *PRAESIDIS* sententiam, qui, cum ipse *Praefidis* de perfugisset, quae de hac a tutela uel cura, quae ob numerum libera excusatio forum datur, excusatione scripseram, adiiciebat, magis forte consueta sententia. *Eiusdem* tempus, lo pupillorum minorumue causa quod initur, vocaretur. constare *eius et modi allegationis.* namque inter omnes, nihil magis tendere ad reipublicae salutem et commodum, quam bonam liberorum educationem, nec illa negligenter maius ei damnum afferi posse. Atque haec illa sunt, quae mihi quidem uidebantur ad illustrandam hanc facere a tutela uacationem: cum primum demonstrarem, cui hoc competat ius, deinde de liberorum excusantium qualitate, tam quoad naturalem statum, quam ciuilem, eorumque de numero legibus requisito egisset. De tempore uero, intra quod alleganda est haec, de qua egimus, excusatio, coram quo ea proponenda, et quomodo, praeter ea, quae §. X. dicta sunt, nihil addendum erit, utpote, quae omnia cum reliquis communia habet excusationibus.

Hic esto finis. placeam lectoribus, opto,

Multis: hoc omnes, ut placeant, cupiunt.

Sumere materiam, ptaescriptis Horatius, aequam

Viribus: exiguis haec fuit apta meis.

Non magnos referam plausus, nec postulo: uires

Quod possunt, feci; quid ualueret, uides.

*x)* Lib. I. Tit. 7. GROENEWEGEN aquello es dado por guardador a cinco tamen de legg. abrogar. ad Tit. I. de excus. hijos legitimos y naturales bivos, en este id moribus Hollandiae obtinere negat. numero entran los perdidos en batalla en servicio de Dios e del Rey.

*y)* Part. II. Tit. XVII. l. 2. La primera (excusacion de tutela) es, quando *z)* de Tit. et Cvir. P. I. cap. 21.

Widenberg, Diss., 1756-58



K 56



B.I.G.



3,176. 27  
668  
1258 4

DISSERTATIO

# DE LIBERIS ATVTELA ET CVRA EXCVSANTIBVS

QVAM

PRAESIDE

## CHRISTIANO HANACCIO

I. V. D. DIGESTI INFORTIATI ET NOVI PROF.  
PVBL. CVRIAEC PROVINC. SCABIN. ITEMQ. ORDINIS  
IVRIDICI ASSESSORE

DIE NOVEMBER. MDCC LVIII

PVBLICO SVBIICIET EXAMINI

A V C T O R

## ERNESTVS GODOFR. CHRIST. KLÜGEL

VITENB. SAX.

VITENBERGAE

PRELO EPHRAIM GOTTLÖB EICHSFELDI  
ACADEMIAE A TYPIS